Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



278

& corpus quando immuteris sicut angelo aequeris; ergo quantum est.
quod festinamus & diamus quando erit. tardum erit; hoc dicturi filii nos
tri hoc dicturi nepotes nostri. & cum singuli quiq: sibi succedentes haec
dicturi sunt. sicut ergo sic quod ad huc pusillum futurum est. quemadmo
dum tunc sit totum. quod iam praeteritum est. infirme; Adhuc pus.
illum & non erit peccator. & quaeris locum eius & non inuenies; Ostendit
quid dixit non erit. quia nullus usus sic enim omnino non erit nec torque
bitur; Iam ergo securitas data est. peccatori iudicat faciam quic
quid uolo quamdiu uiuo postea non ero; Non erit quid oleat. non erit
queatur. & ubi est. ite in ignem aeternum qui parati sunt diabulo & angelis eius;
Sed fos et missi in ignem illum non erunt & consummentur; Non illis dicitur
ite in ignem aeternum quia non futuris non est. & aeternus est. & tamen
quid illic futurum sit eis futurum omnino consumtio and olor & cruciatus;
Non tacuit dns dicens ibi erit planctus & stridor dentium; Quomodo
ergo plorabunt. & stridebunt dentib; si non erunt; Quomodo ergo
ad huc pusillum & non erit peccator. Nisi quomodo in sequente uersu
exposuit & quaeres locum eius & non inuenies; Quid est locum eius.
usum eius; habet enim ad quem usum peccator habet hic uitium
illo dns ad probandum iustum; Quomodo usus est diabolum ad pro
bandum iob. quomodo usus est iuda ad tenendum xpm; Est ergo
In hac uita quod agatur de peccatore; hic est locus eius quomodo est.
In fornace aurum sic is locus paleae. arde & palea aurum purgatur;
sic saepe impius sic iustus probatur; sed cum transierit tempus proba
tionis nostrae. quando non erunt qui probentur non erunt per quos
probentur; Numquid quia dicimus non erunt qui probentur. Non
erunt ipsi sed quia iam non puseritis peccatorib; per quos probentur;
Et quaeres locum eius & non inuenies; Modo quaero locum peccatoris.
Inuenis. de peccatore fecit dns flagellum; Dedit ei honorem. dedit
ei potestatem; Aliquando enim fecit hoc dat peccatori potestatem
flagellantur in de res humanae. emendantur; Inde peccatori
illi hoc redditur. quod debetur. & tamen factum est. de illo unde profi
ciat pius. unde deficiat impius; Quaeres locum eius & non inuenies;
Mansuetis autem hereditate possidebunt terram; Terra est illa de
qua saepe locuti sumus. hierusalem sca qua et liberatur de ista pere
grinatione & in aeternum uiuit cum dno; Et dedit ergo hereditate possi